Primus Tonus nō transpositus finit in d sol re. Cuius repercussio est de re ad la ut ostensum est p̄ Diapente, & dicitur primus tonus Autētus, quia a nota finali potest ascendere octauā & raro plus, & in eodē tono in c sol fa ut semp̄ canitur fa, & in alamire mi vel fa secundū exigentiā ascensus, ut dictū est in regulis. Qui tonus habet clauēs iniciales istas C D ff. g, rara clauis nisi quando transponit̄ cantus ibidē & tunc sol decantabit̄ in c sol fa ut. & fa in b fa q̄mi, & clauē a acutam, hoc est alamire possidet, & secundū diuersitatem habet differentias varias, quia quatuor Capirale Euouie, siue seculor̄ Amen, Regit̄ cantus incipientes in d graui per terciā ascendente, vel per secūda descendentē ad C graue, ut in exemplo.



Capitales primi, Gloria tibi trinitas, Ecce crucē dñi. Idem capitale etiam regit Cantus in ff. graui per Dyateseron ad C graue descendentes,



Sanctificauit


Christi virgo.

Exclamauerūt

Etiā in ff. graui sursum ascendentes

Traditor autem, ut hic.


Quando transponit̄ primus ad g tunc tenorē suū incipit in d la sol re, ut hic.



Christi


virgo, Circūdederunt, Modulatio eius, D

Prima differentia primi toni regit Cantus surgentes
 In C graui ascendentes leuiter ad alamire & ultra, vel
 ascendentes subito a C & D graui ad a acurā Clauē & ultra
 ut in exemplo,



Prima differentia, Ecce ego mitto vos, Gaudeamus oēs
 Leuiter ascendentes, Rorate subito
 ascendentes.

Secunda differentia, Respicit cantus incipientes in D
 graui subito ad alamire ascendentes per Diapente &
 in in tonatur.



Secunda differentia,

Hij qui linguis loq̄bant̄,

Tercia differentia considerat cantū principiū habentē
 In ff. graui per tonū ad g graue ascendentem, & a g sol
 re ut ad alamire per secundā ascēden ē. vel de ff. graui mon
 ad a la mi re per Ditonū ascendentē, & ibidē notas duplicā
 tes ut hic.




Tercia differentia, Nisi tu domine. Domine quōs talenta,



Inclinauit dñs aurē suā,

Quarta differentia re
 git cantus incia ha
 bentes in a la mi re, deorsū
 descēdentem nō nūq̄ etiam
 in ff. graui eadem differen


ria respicit surgentes, sed differt a tertia differentia ut hic



Quarta Exi cito in plateas, Salve, Apertis tesaurois.
dñia, Diffusa est gr̃a,

P Salmos omniū Tonorū quibus in diuinis utimur lau-
dibus duplices inuenimus Minores & Maiores. Mi-
nores om̃es psalmi dicunt̃, preter duo cantica scilicet diue-
virginis Marie quod dicit̃ Magnificat, & Zacharie quod
dicit̃ Benedictus, Psalmi Minores primi toni incipiūt in a
la mi re & finiunt secūdū finale toni, Maiores vero in ff. gra-
ui & finiunt etiā in finale differentiarū suarum.

Intonatio psalmoz Minorū cū Maioribus:



Laudate pueri dominū laudate nomen domini.



**Magnificat anima mea dominum,
Benedictus dominus deus israel, &c.**


Ambitus primi Toni cū solmisandi modo eiusdē.






De secundo Tono.

Secundus Tonus plagalis est & finiit cū suo Aurento in d sol re, & a nota finali ascendere potest sextā vel septimā ex licentia, & descendit quartā vel quintā. Cuius repercussio est de re ad fa per Semiditoniū de re qd̄ est i d sol re, ad fa qd̄ est in ff. fa vt, & est eadē solmisatio vt in prio nisi ve habeat aduertencia ad Ela mi, & d sol re, propter descensū, vt accipiat superior vox, Et habet clauēs iniciales septē, Γ. Grecū A, C, D, E, F, G, graues & a acutā & nullā habet differentiā, & intonatur sic eius seculorū, Amen,



Psalmi minores incipiūt i ff. graui
Majores vero in C graui sic,

Euonae secūdi,




Dixit dominus domino meo sede a dextris meis,
Nunc dimittis seruum tuū domine.



Magnificat anima mea dominum,
Benedictus dominus deus israel,


Exempla Imiciatiua in Γ Breco:




Educ de carcere, ¶ In A exemplū, Salue,
Exemplū est feria ij. post Iudica, Ecce aduenit.




In C, Aic petrus Sicut liliū inter spinas,
Exemplū vbi in D graui regit cantus vt hic,



O rex glorie, Hic mundū spernes,



Ecce Maria In ff. graui, Audi israel, (hic,
¶ In E & A regit etiā cātus, sed tūc trāsponūt ad alamire vt




Cibauit eos, Fuerūt, In A acuta, Da pacē dñe,

Hon nunq̄ etiam possidetur G, graue pro suo initio
& tunc cantus transpositus erit vt hic,

dij,




Colle ge rūt Vel hoc exemplū, Da pacē dñe,
Ambitus secundi Toni cū solmisandi modo.



De Tercio & Quarto Tono.


TERCIVS ET QVARTVS Tonus finiūt in E la mi, & in ambobus in c sol fa vt, fa canit̃, & in b fa ti mi, mi canit̃, & in a la mi re, la descendēdo, & i quarto canit̃ la in E la mi, ppter eius descensum, & differt tercius a quarto, quia tercius habet suā repercussionē per quintā de mi ad mi, vel p sextā de mi ad fa, Quartus vero habet suā repercussionē de mi ad la per quartā, Psalmi aut̃ minores terciū Toni incipiūt in c sol fa vt, Maiores vero i g graui, Quarti vero Minores psalmi incipiūt in A la mire, Maiores aut̃ in E graui, & finiunt̃ secundū ipsorū finalia. Principia Tercij Toni magis vstare sunt hec, D rara clavis E, ff. g, Graues cōmunes & c, acuta capitalis Tonus regit Cantus in his clauibus hoc modo.



Capitalis, In D raro, Surge virgo, In E graui, Calicē

Tercij Toni differentie sunt quatuor.

¶ Prima differentia Respicit cantus inicium habentes in **G** graui deorsum tendentes, & sic in tonantur,




Prima differentia, Quando natus.

¶ Secunda dñia considerat cantus consurgentes in **G** graui ascendentes per tonū ad **A** la mi re, & ab **a** la mi re ad **c** acutū ascendentes hoc pacto,



Secūda dñia, Surge. Salua nos christe saluator

¶ Tercia differentia, Regit cantus incipientes i eadē clauē puta **G**, graui ad **a** la mi re ascendentes, & ibidem duplican res notas vt hic,



Tercia differentia, Omnia quecunq.

¶ Quarta dñia. Respicit cantus principium suū habentes in duabus clauibus videlicet i **G** graui, & **c** acuta, i **G**, p Diateseron ad **c** acutū ascēdētes, Regit etiā cātus in **c** sol fa vt sic



Quarta dñia, Orietur, Simeon iustus. In c. Vivo ego acuta,

Intonatio psalmoꝝ Minoroꝝ & Maioroꝝ.




Laudate pueri dominū laudate nomen domini,
Nunc dimittis seruum tuum domine.



Magnificat anima mea dominum,
Benedictus dominus deus israel.

Ambitus Tercij Toni cū solmisatione.



De Quarto Tono cū differentijs.


QUARTVS tonus habet ista p̄cipia magis vsitata
scilicet, C, D, E, ff, G, graues, & a acuta. Capitale se
culorū. Amē. Considerat Cantus principiū iuum in
choates i d, e, in ff, grauibus, & a acuto, sed diuersimode sic



Capitalis, Reminiscere, Resurrexi, In E graui,



○ florens rosa, In ff. Iste homo, In G, Magna




est gloria, In A, Benedicite deum,

¶ Prima dñia regit cantus incipientes in C graui sic,




Prima dñia, Sancte Nicolae, Leuita laurētius,

¶ Secūda dñia Respicit Cantus incipientes in D graui ascēdentes gradatim vsq ad G, graue sic,



Secunda differentia, Media vita, Ambulabant,

¶ Tercia dñia, Cōsiderat iniciū Cantus surgentiū in D, graui, Ascendentes subito ad alamire hoc pacto,



Tercia differentia, Benedic̃ta tu,
Sicut mirrha electa


¶ Tamen vt cōmuniter hec differentia transponitur cū suis Antiphonis ad A la mi re, & tūc in solmisatiōe sua habebit sol in c sol fa vt, & fa in b fa hmi, sic, e




Tercia differentia trans-
posita cum cantu suo.

Ante chorū huius
Paradisi porte.


Quarta dñia, Considerat cantus capientes sua inicia in e.
gravi ascēdētes per Semiditoniū ad g sol re vt. Aliqñ vero
in c sol fa vt. sed raro, & tunc cantus transponeñ ad a la mi
re hoc modo.




Quarta dñia, Fidelia, O mors mea ero mors, Eactus sum
Intonatio psalmoꝝ Maiorū & Minorū.



Laudate pueri dominū laudate nomen domini,
Nunc dimittis seruum tuum domine,



Magnificat anima mea dominum
Benedictus dominus deus israel,
Ambitus Quarti Toni cū solmisatione.






De Quinto & Sexto Tono.

Quintus & Sextus Tonus finitur in ff. fa vt. Repercussio aut Quinti est de vt ad sol. hoc e de f. graui ad c. acutu. Sexti veri de fa ad la per terciã maiorẽ scilicet de ff. fa vt ad a la mi re. In quibus tonis i c sol fa vt semper sol canit. & in b fa hmi b rotundũ signari debet. & in quinto tono semp habeat aduertencia ad la in d la sol re. & ad mi in a la mire. In Sexto vero ad la in a la mi re. ppter descensum. Psalmi Maiors tam quinti q̃ sexti in ff. incipiunt. Minores vero Quinti Toni in c sol fa vt. Sexti vero in a acutu. Ratio quare in b fa hmi signat b rotundũ in Sexto & Quinto tono ppter quartã indirectã de ff. fa vt ad b fa hmi. & ecõtra. Nam si b fa hmi. mi decantaret falsa cõmitteret quarta vt dictũ est in capitulo de modis.

Quinti Toni inicia magis cõmunia sunt hec scilicet ff. g. graues a & c acute. & habent vnã differentiã. Capitale eius regit cantus surgentes in ff. graui ad a acutu ascendentes. etiã in g graui. quãuis raro in a & c acutis. Exempla.



Capitalis. Illu mina re In G, graui. Letare




Miserere In A. Vincenti. Fons ortorũ. Ecce deus.


Differentia eius vnica erit. Cantus incipientes in ff. graui ascendentes subito in c sol fa vt. & ultra hoc pacto.



Dñi gnti vnica, Bene om̃ia fecit, Ecce cōcipies,
Intonatio psalmoz Maiorū ⁊ Minorū.



Dixit dominus domino meo sede a dextris meis,
Nunc dimittis seruum tuū domine,



Magnificat anima mea dominum,
Benedictus dominus deus israel,
Ambitus Quinti Toni cū mō solimifandi.




De Sexto Tono.

Sextus Tonus habet istas Claves iniciantes cantum suū videlicet C, D, ff. graues, & a acutā, g interdum possidet cū transponit cantus ad c sol fa vt. Eādem clauem c acutā habet transpositā, & ibidem cantus terminatur suus vt sic,



In E graui, Capitalis. Qui māducat carnē meā, In D. In



medio ecclesie. In ff. O admirabile, Resurrexit dñs




alleluia, In a acuta, Vidi dām, In G, graui, Beatus Ni



colaus, In c acuta, Are del. Hic Tonus habet vnicam


Flauit auster, differentiā, que respicit

cantus surgentes in ff. graui tali modo,




Differentia eius, Benedictus. Benedixit filijs,

Intonatio psalmoz eius.





Laudate pueri dominū laudate nomen domini,

Nunc dimittis seruum tuum domine,




Magnificat anima mea dominum,
Benedictus dominus deus israel,

Ambitus Sexti Toni cū solmisatiōe.



De Septimo Tono:

Septimus Tonus finit in g sol re ut, & habet suā repercussionē de ut ad sol per quintā, & ascendit de g sol re ut ad sol per octauā. In quo maior aduertencia est in d la sol re, ut superior vox pro descensu accipiat scilicet sol. Hic Tonus habet principia clauium cōia ista scilicet g. graue a c d acutas, & habet quatuor differentias. Capitalis regit cantus incipientes in g graui. Nōnūq̄ per tonū ascendentes, Interdū per Di tonū surgentes, Aliquando vero per Diatesseron ascendentes ad c acutū. Respicit etiā cantus incipientes in a acuto, ut in exemplo.




Capitalis, In g graui sic p Tonū, In virtute ta.



Apparuerūt, per Ditonū, Viri galilei, per Diatesseron,



Confortatus est. Hic est vere martyr, In a acuto,



Differētia pri^{ma}, Regit cā^{ntus} incipiētes

Electi sunt in christo, In g graui subito ascen^{dentes} per Diapente ad d la sol re, vt hic,



Differentia prima, Factus est, Gabriel,
Differētia secūda, Respicit cantus surgētes in h duro sic




Secūda differētia, Mirificauit, Redemptionē,
Differētia tertia, Considerat cantus incipientes in c, a^{cu}to, notas ibidem duplicantes, vt hic,



Tercia differētia, Dixit dominus, Om̄is spiritus,

Quarta differentia. Respicit cantus surgentes in d la sol-
re. Aliquando per Tonū descendentes, Non nūq̄ vero per
Semiditonū, hoc pacto,




Quarta d̄ria. Sit nomē. Ingressa agnes, Tu es petrus.


**Intonatio psalmoꝝ Maiorū z Minorū. quos incit
pit in d acuta sic,**



Laudate pueri dominū laudate nomen domini.
Nunc dimittis feruum tuū domine.




Magnificat anima mea dominū,
Benedictus dominus deus israel.
Ambitus Septimi. Tomi cū solmisatiōe:




De Octavo Tono.

OCTAVS Tonus fuit in g sol re ut. cū suo Autenti-
 to septimo. & habet suā repercussionē de ut ad fa p
 Diatesserou. hoc est de g sol re ut. ad c sol fa ut. &
 hoc potest descendere sub notā finalem quartā. Aliquā quā-
 tū ex licentia. In quo aduertētia est in a la mi re. & b fa h mi
 quia p descensu accipit la in a acuto. & in h duro mi. & ha-
 bet septē principia claviū p inceptiōe sui cantus scilicet c.
 d. ff. g. graues. a h & c acutas. & quatuor differentias. & vnā
 irregularē que a quibusdā Tonus peregrinus dicit̄. que dif-
 ferētia melodiā octavi Toni habet & finē Ideo aut̄ dicit̄ irre-
 gularis. quia finis differentie dicte super melodiā regularā
 descendit. Sed tamen iste finis est positus facilitatis causa.
 sicut & alie differentie aliorū tonorū. ut hic.




Capitalis. In C. graui. Stabūt iusti. Sapiētia clamitat.




In d. graui dupliciter. Primo per
 tonū ascendētē ad a la mi re. ad c. a-
 cutū. vel descendētē ad ff. graue.
 Secundo per Diatesseron a. g. graui
 surgentes ad c. acutum ascendentes
 Exemplū primi.


Spiritus domini
 In d. graui.



Benedicta. Gaude & letare. Iudea. Exemplū ii.



Veni sponsa. In a. acuto. Hymnū cātare. Inuocauit. f.



In loco pascue, In h duro, Laudabilis po,
 ¶ Prima differentia regit cantus incipientes in ff. graui sur-
 sum ascendentes, vt hic.



Prima dñia, Hora est iam, Et dicebāt adinuicem.




¶ Secūda differentia cōsiderat cātus
 surgentes in c, acuto descendētes nō
 nūq̄ per Semitonū ad h durū, inter-
 dum vero per Diatesseron ad g, graui

Zachee festinās, ue sic,



Secūda dñia, Deo nostro. Lumen ad reuelationē.

¶ Tercia differentia, Respicit cantus incipientes in eadem
 clauē acuta c, hoc est, i c sol fa vt, notas ibidē duplicātes sic




Tercia differentia, Factus est repente,




¶ Quarta peregrina dicitur
 que regit cantus incipiētes
 in C, graui sic,

Peregrinus, Alle dei,



Tali tenore tonus cantabitur peregrinus,
In exitu israel de egipto.

Intonatio psalmoꝝ eius.



Laudate pueri dominū laudate nomen domini,
Nunc dimittis seruum tuū domine.



Magnificat anima mea dominum,
Benedictus dominus deus israel.

Ambitus Octavi Toni cū solmisatiōe:



De transpositione Tonoy.


Omnes Toni transponunt, preter septimū & octauū,
& hoc ppter nimium ascensum possent tamen trāspo-
ni ad aliquā clauē inferiorē, preter d la sol re. Est enī
transponere cantū a loco pprio remouere, Toni aut debēs

f ij.

transponi in clausibus ubi possent habere suas repercussiones
 Tonus enim primus cum secundo transponitur a d sol re ad a la
 mi re per quartam, vel a d sol re ad g sol re ut, licet raro. Tunc com-
 muniter fit in cantu Mensurali talis transpositio. Tertius
 & quartus ab e la mi ad b fa h mi. Quintus & Sextus ab ff.
 fa ut, ad c sol fa ut, & si transponitur catus ad d la sol re erit se-
 cundi toni. Quia talis a d sol re per octavam ad d la sol re trans-
 ponitur. Notandum est quod tam Authentici quam Plagales Toni dum
 transponuntur servant easdem repercussiones quas in clavis
 non transpositis habebant. Advertendum est etiam quod omnis auten-
 tus & plagalis tonus transpositus potest descendere sub no-
 tam finalem per quartam vel quintam, & potest descendere a no-
 ta finali quintam vel sextam. Sed Tonus plagalis transpositus e-
 contra ascendit a nota finali, per quartam vel quintam, & descen-
 dit sub nota finali quintam vel sextam, ut in exemplo.



Primus Tonus sic transponitur.



¶ Secundus Tonus sic transponitur.



Nota in omnibus Tonis transpositis in b fa q mi mi canit. In c sol fa vt fa si in predictis clauibus finiunt scilicet in a la mi re b fa q mi. c sol fa vt, excepto quarto qui interdum ad a la mi re transponit per quartam de e la mi in quo fa canit in b fa q mi, & sol in c sol fa vt, sicut dictum est in differentia tertia quarti toni. Omnium itaque tonorum transpositionum eadem est intonatio psalmodiarum minorum quam maiorum que est in clauibus non transpositis.

Sequitur de schala ficta.

VSICA ficta que a pluribus schala ficta siue coniunctarum dicitur, Coniuncta enim est toni in Semitonio vel e contra facta transpositio. Vel est vox externa & aliena a clauis que in aliqua clauis canitur in qua ipsa naturaliter non ponitur, ut canendo in e la mi fa & in f fa vt mi, &c. hinc Musica ficta dicitur cum voces fictas moduletur, & fit coniuncta principaliter solum respectu vocum mi & fa quas fingere oportet in locis aliter quam manus vel schala musica continet, & fingendo istas voces necessitate cogente mi & fa cum sint medie. Omnes alie sunt fingende voces. Signantur autem coniuncta per signa b rotundum & q quadratum que semper locis suis repugnantibus accomodantur. Vbi notandum quod coniuncte octies in manu euenire solent. Prima inter ff. & q graues reperitur in q mi p b molle signata cum ibi loco mi canitur fa. Exempla sunt in Responsorijs, Sancta & immaculata, &c. In verbo non poterat. Item in Responsorio Fuerunt sine querela. In verbo, Calicem domini. Ista Responsoria. Si in inferioribus clauibus incipiunt habebunt coniunctam. Sancta immaculata. Si in d sol re, & fuerunt in A graui. Si vero predicta Responsoria transponantur a propria sede ad clauis affinales tunc euitabitur in eis coniuncta. Secunda coniuncta inter d & e graues reperitur & figuratur in E la mi p b molle ut in Introitu Salve sancta parens. In verbo regit similiter. Gaude maria. In verbo Interemisisti. Si in e la mi incipiat. Si vero Introitus inceptam suam habuerit in E graui & Gaude Maria in


REGVLA Signato fa in h mi & si contingit saltū fieri ad quartā ad elami secundū tūc etiā in e acuro deber signari fa ppter euitare Tritonū phibitū. Itē si sit descēsus de b fa h mi ad e la mi finale ita q̄ in h mi fa canit tūc in e la mi deber siō mīlīter decantari fa ppter euitare modos in vsitatos videlicet Semidiapente. Item de octauis suis idē est intelligendū ppter euitare Semidiapason.

¶ Notabile Melius ac iuuuīus est cauere p̄ tollerabiles cōiūctas q̄ intollerabiles q̄ cātū viciāt. Nā Musica ficta fingit in quacūq̄ clauē quacūq̄ vocē consonantie causa. vt in exēplo.



Capitulū Quintū & vltimū de Introitibus & responsorijs.


S VI Tono adiudicari debeāt Autēto ve an plagali ex suis versibus. Norandū q̄ Introitus tonorū omniū vario mō habent inīcia sua secūdū diuersitatē clauū ips cōcessam. Vñ Introitus primi toni finiūt in d sol re cū secūdo. Cuius vsus incipit in ff. graui hoc pacto.



Priā etate plasmati sunt adā & eua & positi sūt in sede btā
¶ Qñ vero transponit ad a la mi re per quintā Introitus primi toni tūc suū versum incipit in c sol fa vt.

De secūdi Toni Introitibus.

¶ Introitus secūdi Toni finiūt in d graui, quorū v̄sus incipit
in C graui sic,




Secūda etate natauit archa diluuiū passim fluente,
Senciant om̄es tuū iuuamen,

¶ Quando vero trāspōnitur ad a la mi re tūc suū versum incipit in g sol re vt. & sic itelligēdū ē de cōmibus Introitibus qñ trāspōnūt tūc ī alijs clauibus quā regularibus incipiūt.

De Tercio Tono.

¶ Tercij Toni Introitus finiūt in E la mi cū quarto. Quorū versus iniciū habent in g graui tali modo,



Tentauit Abrahā tercia etate dilectū Isaac mactare,
De profundis clamaui ad te domine,

De Quarto Tono.

¶ Introitus Quarti Toni finiunt in E graui, Quorū versus incipiūt in a acuto hoc modo,



quarta etate moyses legislator tabulas accepit ī mōte sinai,
Domine probasti me & cognouisti me,

De Quinto Tono.


¶ Quinti Toni Introitus terminatur in ff. finali cū Sexto.
Quorū Versus incipiunt ibidem sic,



Quinta etate p̄ualuit David in funda cū lapide gira goliā.
 Diligam te domine virtus mea,

De Sexto Tono.


¶ Sexti toni Introitus finem habēt in ff. fa vt. Quorū versus
 incipiū capiunt in eodem ff. graui sic.



Saluator noster dñs deus etate sexta natus est in mundū,
 Bonū est confiteri domino.

De Septimo Tono.


¶ Septimi Toni Introitus finiunt in g sol re vt. Quorū versus
 incipiū assumunt in c acuta hoc modo.



Septima etate resurgemus rationem meritoꝝ redditurū
 Cantate domino canticum nouū.

De Octavo Tono.

¶ Introitus octaui toni finē habent in g graui. Quorū versus
 incipiūt ibidem tali modo.




Octaua etate que carebit fine perpetua fruamur pace.
 Benedicamus patrem & filium, g

Sequitur de Responsorijs omniū Tonorū.

& primo de Responsorijs primi Toni.


OMnia Responsorija primi Toni finiunt in d graui, quando nō transponunt. Quorū versus incipiūt communiter in a acuto, Interdū vero in d sol re per terciā, licet raro. Nōnūq̄ etiā in d graui subito per Diapente ascendentes ad a acutū, Exemplū primi, vt hic cōmuniter



Ora pro populo inter veni pro clero

Exemplū secundi.


Exemplū terciū,



Cer re, &c. Che rubin quorū
Illius Respōsorij, Solē iusticie, Illius Respōsorij, Te sanctū
dominū de s. Michaelē,

De Responsorijs secundi Toni.

Responsorija secundi toni terminant in d graui quādo nō transponunt. Quorū versus principiū habent aliquñ in C, nō nūq̄ vero in d grauibus, sed quo ad gloria patri in C, graui habent iniciū vt sic,




In C, Cumq̄ audisset populus, Exm̄ vbi in d, Tradiderūt
Illius Respōsorij, Ingrediente dño, Illius Respō, Fuerunt,


De Responsorijs Terciū Toni.

Responsorija terciū toni finiūt in E graui, Quorū versus cō

munitur incipiunt in c acuta, non uero ibidem ubi finem
habent, Exemplum primi sic,




Para disi porta per euā cū & is clausa est & p Mariā



Erat em̄ Pulchra sion, Illius Responsorij,
Quadā die, Surge virgo,
Exemplum ubi in E

De Responsorij Quartii Toni.

Responsorij quartii Toni finiūt in E la mi, Quorū versus pri-
cipiū assumūt in a acuta & hoc si nō trāspōnūt, exm̄ ut hic,



Simon Ioannis diligis me plus his



De Responsorij quinti toni.

Oīa responsoria quinti toni finem
habent in ff, graui. Quorū versus cō-
ter incipiūt ī c acuta, Non uero ibi-

Cōstantes estote, de ubi termināt puta in ff, graui sic,



Et ambulabunt gentes in lumi ne tuo

In ff. graui sic.
 Illius Responsorij, Regnū mundi.
De Responsorijs Sexti Toni.

Responsorija sexti Toni cōcludunt in ff. gra
 Eructauit, ui, si nō trāspōnūt. Quorū versus incipiūt cōi
 ter ibidem videlicet in ff. fa vt. Interdū in a acuto. Nōnunq̄
 vero in ff. graui per Diapente mox ascendentes ad c sol fa vt
 licet raro. Exemplū primi.

Hoc erit si gnū federis, In A, Melle fluēs il


Con ser ua, In ff. per quintam,
 Benedic domine,

De Responsorijs Septimi Toni.
 Omnia responsoria Septimi Toni finiūt in g graui, Quorū
 versus incipiūt cōiter in d acuta tali pacto.

Maledi &a terra in opere tuo.

De Responsorijs Octauī Toni.

Octauī Toni Respōsoria concludunt in g sol re vt. quorū
 versus incipiūt cōiter in c acuta, Nōnunq̄ vero in a la mi re
 tali modo.



Et qui preibant increpabant eū, In a acuto, In principio
erat verbum,

De compositione & dimensione Monocordi.

MONOCORDVM Vnius chorde instrumentū
tū tali industria rite conficitur. Recipe lignū
duarū vlnarū, vel placite longitudinis duorū di
gitorū latitudinē & eorūdem spissitudinē habēs
atq; id ipsum caua per medium extremitatibus
omnibus manentibus illesis, & cooperiat affere
tenui lenigato ac fenestrato ad modū lutine, per cuius me
dium linea vna oculca trabať & in illius principio punctus
vnus littera F signetur, erit em̄ prima instrumenti magada
post totā lineā a puncto Γ vt pone. In secundo nihil in tercio
C fa vt, in quarto nihil, In quinto G sol re vt, In sexto c sol
fa vt, In septimo g sol re vt minutā, In octauo nihil, Vltimo
aūt cifram que tenebit locū secunde magade, hoc facto spa
ciū quod a Γ vt vsq; ad secundā magadā est iterū in ptes no
uem distingue, In quarum prima A graue pone, In tercia D
sol re, In quinta A la mi re, In sexta d la sol i e, In septima A
a la mi re, Deinde ab a re in secundā magadā iterū fac ptes
nouē, & in prima pone h graue, In tercia E la mi, In quinta h
mi in minutis, In sexta E la mi acutā, In septima h mi in ge
minatis, Quo facto spaciū hoc totū a prima magada in secū
dā per partes quatuor distingue, & in prima pone b fa, i gra
uibus, In secūda F, fa vt final'em, In tercia f, fa vt acutā, De
inde incipe in b, fa graui, & totā lineā conū versus in quatu
or partes partire, & in prima pone b, Semitonium inter D &
E, Capitales, In secūda b fa in minutis, In tercia b b fa in ex
cellentibus, Hoc facto incipe i Semitono quod inter D, &

Est & totā lineā in quātuor partes equas scinde. Et in pri-
 ma signabis b Semitoniū inter G, capitalē & a minūtā, In
 secunda b Semitoniū inter d & e acutas, In terciā b fa. inter
 dd & ee excellentes, Et si terciā in duas equas vltorius dimi-
 seris habebis Semitoniū inter g acutā & aa excellēs. Postea
 fige pedē circini in c sol fa vt & spaciū versus secundā maga-
 dam in duas partes distingue, in cuius medio cc sol fa ponis-
 to, Similiter a d la sol re spaciū versus conū in duo equalia
 partire, & in medio loca dd la sol, Postremo ab e acuta ver-
 sus secundā magadā spaciū diuide & in medio habebis ee la.
 Cum vera Monocordi dimensioe, His sic factis in extremis
 Magada rū punctis, pone parua ipsius chorde sustentacula,
 ne corde sonus lignorū contactu obtundat, Quibus paratis
 affigatur atq; superducat vna chorda enea satis fortis gros-
 sa atq; bene extensa vt sonū audibilē reddat & habebis Mo-
 nocordū perfectū, Cuius forma hec erit,

Monocordum.

Prima Magada,

Secūda Magada,

